21

poris quam deus non ...
quod dicunt posse perduci. fatem...
uero deo. Quod et uenit et ad eos corrig...
Nos enim catholici christiani deum colimus a quo omnia ...
parua. a quo est omnis modus. siue magnus. siue paruus ...
species. siue magna. siue parua ... omnis ordo. siue paruus. siue
magnus. Omnia enim quanto magis moderata. speciosa. ordinata sunt. tanto
magis utique bona sunt. Quanto autem minus moderata. minus speciosa.
.i. minus ordinata sunt. minus bona sunt. Haec namque tria. modus. species. et or
do. ut de innumerabilibus taceam que ad ista tria pertinere monstrantur.
haec tria. modus. species. ordo. tanquam generalia bona sunt in rebus a deo factis.
siue in spiritu. siue in corpore. Deus itaque super omnem creaturam modum est.
super omnem speciem. super omnem ordinem. nec spatiis locorum super est. sed ineffa
bili et singulari potentia. a quo omnis modus. omnis species. omnis ordo.

BIBLIOTHEQUE IMPERIALE MAN.

License: public_domain – Paris, Bibliothèque nationale de France, Latin 11411, 21r – Augustinus Hipponensis, De diversis quaestionibus octoginta tribus ; De natura boni (https://fragmentarium.ms/view/page/F-1z4k/3335/35556)